Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35998
Copyright: Melk, Benediktinerstift



agilitatis. Et surgentes eadem hora regressi sunt in
urbem. Quinis enim iam erat tarde. Tunc ex fidei fulgore
remoto iudeorum timore statim regressi sunt in urbem
ad alios discipulos qui erant clausi propter metum iudeorum.
ad nunciandum eis xpi resurrexisse. Et invenerunt con-
gregatos xi qua adhuc thomas erat cum eis. et eos
qui cum ipsis erant dicentes. quia surrexit dnus vere
et apparuit symoni. Hanc apparicionem credit factam qui
petrus accurrerat ad monumentum. et viderat limtheamina
posita abiit mirans secum quod factum fuerat. Et
ipsi narrabant que gesta erant in via. et quomodo cognoverunt
eum in fractione panis. Nec illis crediderunt
sed thomas. sed ab aliis per aliquod spacium discessit.
et tunc ipse sic absente facta est ista apparicio quam subdit

Dum hec autem loquerentur. ihesus stetit in medio et
dicit eis pax vobis. Ego sum. Nolite timere. Conturbati
sunt et putabant se spiritum videre. Dum enim pru-
dencia permissum sit dubitare. ad maiorem affirmacionem
fidei de dominica resurrexione. Et dixit eis. Quid turbati
estis et cogitaciones ascendunt in corda vestra. Videte
manus meas et pedes meos. quia ego ipse sum. Per cicatrices enim ibi manentes ondit eis quod erat idem
corpus numero. Palpate et videte quia spiritus carnem et
ossa non habet. sicut me videtis habere. Et cum hoc dixisset
ondit eis manus et pedes. Adhuc autem illis non cre-
dentibus et mirantibus pre gaudio dixit. Habetis
hic aliquid quod manducetis. Et illi obtulerunt ei partem
piscis assi et favum mellis. Et cum manducasset coram
eis sumens reliquias dedit eis. Et dixit ad eos.

Et dixerunt ad invicem. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis
dum loquitur nobis in via. et aperiret scripturas